

genda est; imo omnibus modis tuenda. Interim modestia Iosephi laudabilis. Non inuehitur in fratres, vt se purget, sed infamiam eorum tegit ex charitate, quæ iuxta Solomonem operit multitudinem peccatorum. Sed videtur falso plagij accusare Midianitas, qui eum non furati, sed pecunia mercati fuerant.

Respond. Non istis, sed illis recte plagium imputat: quia reuera eum patri furtim subdlexerant. Terram Hebræorum vocat Cananæam, quia Hebræi eam ex parte tenebant.

16 VIDIT AVTEM PRINCEPS pistorum. *Tertia circumstantia*, narratio & interpretatio somnij pistoris, qui audiens iucundam socio datam somnij interpretationem, etiam ipse letum quid ex suo spectat. Sed fallitur miser: quia somnium dissimile habet, dissimile audit prælagium. Commemorat se vidisse super capite suo tria canistra alba, hoc est, ex albis seu decorticatis viminibus contexta & perforata (hoc enim *חורי* chori pro *חורים* chorim proprie significat) & in superiore corbe omnis generis pemmata arte pistoria facta, quæ aues conuolantes ex corbe super capite vorauerint. Est somnium pistori conueniens, diuinitus tamen ei oblatum sicut pincernæ, ad supplicij instantis prælagium, vt eius interpretatione euentu comprobata innotesceret Ioseph. Simile quidem priori videtur; sed non est, nisi in tribus canistris: Nihil vidit se agere, sed tantum pati à volucribus: non vidit se liba dare Pharaoni, sed D volucres ea vorare è capite suo, quod erat mali omnis. Interpretationem igitur audit insuauem & tristem, quam Ioseph libere ei quamuis principi aperit, libentius auspiciatiora haud dubie prænunciaturus, si somnium ea præfagiret. Tria igitur canistra triduum esse dicit; reliqua post triduum ei portendere suspendium de patibulo. *Tollet Pharaon caput tuum à te.* Phrasis quidem

A similis priori. *Attollet caput tuum:* Sed addit: *A te*, quo diminutionem capitis significari ostendit. Liba pistoria interpretatur carnem pistoris, quam laniabunt aues; quod solet fieri de patibulo pendentibus.

20 FUIT ITAQUE DIE TERTIO. *Quarta circumstantia*, Euentus interpretationem comprobans. Sine hoc Ioseph fuisset derisus, vt vanus coniector. Sed interpretationi respondet veritas. Pincerna enim die tertio restituitur in integrum, pistor agitur in crucem. Sic Ioseph verus vates esse cognoscitur. Atque hoc erat, quod Deus his somniis spectauit. Poterat pincerna recipi in gratiam, pistor suspendi sine præuis somniis. Sed euentum per somnia utriusque prænunciari vult Deus, vt seruo suo auctoritatem propheticam conciliaret, cuius fama suo tempore ad aures regis perlata liberationi eius seruiret. Quod rex die natali dicitur agitalle cœuiuium geniale; docet iam olim fuisse consuetudine receptum, quod hodie non apud magnates solum, sed & inter plebeios obtinet, vt natalem diem lætum sibi sumant. Instituti ratio haud improbanda, vt Deo Sospitatori pro creationis, educationis, valetudinis & vitæ prorogata aliisque innumeris beneficiis gratiæ agantur. Verum geniales istæ memoriæ iam olim cœperunt conuerti in luxum, grauissimo peccato, quod ne natales nostros polluamus, cauendum est.

23. ET NON RECORDATVS. Ingratitudo pincernæ nos monet de ingenio mundi; ne ab eo laborum & fidelitatis nostræ mercedem expectemus. Turpissima enim ingratitude plerique omnes obliterare solent beneficia accepta: præsertim qui repente ex humili statione ad honores euehuntur in aulis. Hi enim facile pristinos amicos & benefactores ex animo delent, quia dicitur, *honores mutant mores.* Sed ne

quidem nunc fit
providentia. Deus
ipem liberatio
lanciam explet:
mentem varia, &
causas: vt di
& constanti
vitur iis medi
led post longum
de quibus nos h
aut iam pridem
plenam liberati
quod nos. & alios

C
A

Quinta sectio Hebræorum
Iosephi, de qua
Iosephi, qui a
mysterio, vber
propter quod ab eodem
quæ vberat
matrimonio & libe
bonatur, Dominus
per diuina providen
Ioseph grauerq; ex
liberati, depresso extoll
in alio, vt si Domi
Hebræi. 2.

Partes capitis sunt
I. De dactylis somniis P
II. De interpretatione
III. De Iosephi dignitate
IV. De somniis & circumstantiis
V. Somnium Pharaonis
VI. Somnium aliud de Iosepho
VII. Pharaonis confirmatio
VIII. Pincerna de Iosepho
IX. Secunda erit
X. Ioseph in carcere edu
XI. Eiusdem responsum
XII. Somnium conueniens
XIII. Terram interpretatio